



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 110. Suorum hostium literæ ad Hispaniæ Regem contra eundem
sanctum Archiepiscopum scriptæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI. imploraret. Pius V. non sine magna
A.C. 1569. indignatione, animique dolore horum
 aufus intelligens, confestim Purpuratos
 convocabat, quid hac in re agendum,
 consultaturus, ubi discussis omnibus
 quæ Carolus hac in occasione egisset,
 ejus agendi ratio legum præscriptis con-
 fona, Canonicorum vero petulantia ne-
 latenus toleranda censebatur: eapropter
 summus Pontifex cuncta a Barbesta at-
 tentata tanquam irrita declarans, eun-
 dem unacum quibusdam Canonicis Ro-
 mæ comparere iussit, cum autem in
 morem gerere detrectarent, eos ana-
 themate perculit: equidem Calaber
 suam causam defendendi studio sefe-
 itineri accingebat: ast repentina morte
 sublatus est, ejusque obitus tanquam
 manifesta Divinæ justitiæ castigatio, qua
 Deus Servi sui vilipensionem ulcisci vo-
 luit, habebatur.

§. CX.

*Suorum hostium literæ ad Hispaniæ
 Regem contra eundem sanctum
 Archiepiscopum scriptæ.*

Giuffano l. c. Interim Regis Hispaniæ Ministri, qui
Ripelmont. Carolo Borromæo infensi erant, da-
in vit. i tis literis Regiæ suæ Majestati exponen-
S. Carol. bant, quod Cardinalis Borromæus sit
 Vir occulta ambitione inflatus, ac fini-
 fra

Sæcul. XVI.
A. C. 1569.

fra contra suam Majestatem Catholicam consilia sub pietatis, ac reformandæ Diæcesis suæ obtentu clam foveat, ad-
eo, ut timendum sit, ne forte, nisi ma-
ture prospiciatur, ejusmodi flammæ in
incendium ægre postea extinguendum
erumpant. Horum criminationes edo-
ctus Sanctus Cardinalis easdem eo ini-
quius ferebat, quo sui Principis gloriam
majori studio, atque affectu procurare
erat intentus, cum plurima beneficia a
regia hac familia ubertim percepta illi
in acceptis referebat, quamobrem ad
Castaneam Rossanensem Archiepisco-
pum, ac postea sub Urbani VII. nomi-
ne summum Pontificem, qui tum in
Hispaniæ Aula Nuntium Apostolicum
agebat, ac Carolo arcta amicitia jun-
ctus erat, literas dedit, totamque visi-
tationis suæ apud Scalenses Canonicos
inchoatæ successum eidem perscripsit,
rogans, ut a Regis animo suspiciones,
sinistrasque opiniones, quas forte con-
tra fidelitatis suæ integritatem conce-
pisset, dextre eliminare toto studio ni-
teretur, eumque persuasum redderet,
quod ejus agendi ratio illis, qui rem
juxta veritatis merita mature ponderare
vellent, nullatenus suspecta esse posset.
Nulli labori parcebat Nuntius, ac be-
nigne a Philippo II. ad alloquium ad-
missus, hunc Principem eo inclinabat,
ut

ut

Sæcul. XVI. ut cuncta adversus hunc sanctum per
A. C. 1569. scripta tanquam meras calumnias dete-
 staretur, ejusque causam propugnari
 præciperet.

§. CXI.

*Gubernator Mediolanensis adversus
 sanctum Carolum.*

Giuss. c. 22. Cum Scalenses Canonici causam suam
 multum inclinari cernerent, Me-
 diolanensem Gubernatorem, ut illos
 defenderet, sollicitabant, eo potissimum
 nomine, quod eorum Ecclesia Regi
 patrocinio esset commissa: hac ratione
 suffulti Gubernatorem eo inducebant,
 ut in illorum favorem ad summum Pon-
 tificem literas daret, in quibus hunc
 sanctum tanquam hominem Phantasi-
 cum, ac suæ phantasie ancillantem de-
 pingebat, illumque accusabat, quod in
 consultum Zeli sui impetum secutus per
 varias novitates a se introductas Me-
 diolanensem Ducatum tot tumultibus in-
 volveret, ut omnino, nisi cum majori
 prudentia, ac moderatione deinceps
 acturus esset, illum ditione expellere
 cogeretur, eapropter a se Sanctitatem
 suam orari scribebat, ut immoderatum
 ipsius fervorem reprimeret, eumque mo-
 neret, quatenus majori circumspic-
 tione uteretur: insuper a summo Pontifi-
 ce petebat, ut Canoniorum Scalensium
 causam